

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Fabricius

**Jacobus Fabricius Hoc Tempore Decanus, Coeterique Doctores Et Professores  
Collegii Medici In Academia Rostochiensi S.P.D. Omnibus Lecturis : [P.P. ... 22.  
Octobr. anni 1620]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729696286>

Druck    Freier  Zugang



F. Fabricius.  
R. U. med. 1620.



JACOBUS  
FABRICIUS  
HOC TEMPORE  
DECANUS,  
COETERIQUE DOCTORES  
ET PROFESSORES  
COLLEGII MEDICI

IN  
ACADEMIA ROSTOCHIENSI  
S. P. D.  
OMNIBUS LECTURIS.



ROSTOCHI  
Typis exscripsit Joachimus Pedanus;  
Academiae Typog.

ANNO M. DC' XX



JACOBUS  
FABRICIUS  
HOC TEMPORE  
DECANUS,  
COETERIQUE DOCTORES  
ET PROFESSORES  
COLLEGII MEDICI

IN  
ACADEMIA ROSTOCHIENSIS  
S. P. D.  
OMNIBUS LECTURIS.




ROSTOCHI  
Typis exscrispsit Joachimus Pedanus;  
Academæ Typog.

---

ANNO M. DC' XX.





**S**Onorum omnium  
in universo humanæ vitæ  
curriculo sine dubio in-  
ventrix Philosophia & al-  
trix hoc audit , quod  
quum ipsa per se res abdi-  
tas & à plebeio hominum intellectu remo-  
tas explanet, inq; lucem proferat, tum pro-  
fit studiosis , tum incredibili etiam eorum  
animos , qui res à Naturâ occultatas sagaci-  
ter venantur , voluptate perfundat : Ita  
quum duabus potissimum rationibus  
mens , quæ nunquam satiari potest , in hoc  
statu ad unum aliquod cupidè persequen-  
dum rapiatur , sive quum utilitatis & hone-  
statis , sive quum voluptatis lux aliqua o-  
stenditur , mirum dictu est , quantoperè in  
earum rerum , de quibus doctrina quæ-  
dam est subtilior , pulchritudine ac fructu  
conquiescat . Hinc à primâ usq; mundi  
structurâ , excellentissimi viri , omnibusq;

A 2

omnino

omnino bonis instruētissimi fuerunt, qui illud ingenij acumen, quo adsequi quidvis facile potuerunt, in hoc unum opus, à quo cætera splendore & gloriæ vincerentur, contulerunt, nimirum ab hoc fonte præmanare rati cuncta, quæ tum ad rerum obscurarum, caussarumq; quibus ex continentur, naturalem cognitionem, tum quoq; ad prudentem negotiorum susceptionem, adcuratam administrationem, rectamque & exoptatam confectionem pertinent; ut vix satis laudari possit vox ea gravitatis plenissima, quâ vir ille unus Græciæ sapientissimus, longeq; doctissimus Plato Rerum publicarum felicitatem in Philosophorum hominum virtute constituit.

Neq; verò Artium ex Philosophiâ derivatarum minima consenda est Medicina, ut pote quæ Ratione duce, & comite Experienciâ, non tantum fundamentis indè petititis prorsus inhæret, verum etiam ægrè fine ejus consortio absolvī potest. Quo factum ut & primitus conjuncta fuerint  
hæc

hæc studia, naturâ etiam alioquin inter se  
minimè dissidentia, adeò ut vix quispiam  
apud antiquos repertus fuerit Medicorum,  
qui non sicuti philosopharetur crebro, ita  
& ratione rebus agendis sciam adhibe-  
ret. Quod & hodienum, qui rectam ca-  
pessendæ Medicinæ viam insistere cupiunt,  
facere oportet; ut ad Philosophiæ fores  
tantisper excubent, donec familiarius  
intromissi per floridissimos ejus campos  
tandem rectâ ad fructuosissimæ Artis co-  
gnitionem pergant.

Quod dum ajo, non certè Philiatrum  
& nostræ Artis studiosum, omnium istarum  
quæstionum, quæ velut in confinio  
Medicinæ ac Philosophiæ reperiuntur, ac  
argutissimè plerumq; tractantur, sæpenu-  
merò tamen inanes valdè & nugaces sunt,  
gnarum esse volo; sed quidquid istarum  
discitur aut scitur, ad usum Medicum pro-  
tenus flectendum & adplicandum moneo:  
Quippe Ars nostra tum demum talis ha-  
beri debet, quoties se operi faciendo ac-  
cingit, omnibus alioquin alijs proximus

A. 3.

sem-

semper ad scientias accedēs, ut quæ, quum  
primum opus remiserit, tota in contem-  
platione versetur, adeoq; interdum relictis  
longè sensibus altè conscendat, ut mentis  
illius maximè contemplantis exemplo,  
propè unico obtutu , operum suorum  
omnium rationem videat , eaq; sine morâ  
plærumq; exsequenda mandet, ut artifices  
videmus omnes, quò plus semper habitus  
adepti Artium suarū fuerint, eò minus hæ-  
fitare in suorum operum exsequutione so-  
litos. Quandoquidem autem ab Antiquo  
jam inventi, qui licet Artis universæ co-  
gnitionem adepti, & propositiones maxi-  
mè medicas assiduò&sedulò tractarent, in-  
tereatamen ab operum functione, proposi-  
to quodam suo, omnino abstinerent; indè  
factum ut Medicina ipsa in Theoricen &  
Practicen sit diducta ; non quidem quasi  
scientia intelligeretur prior illa potiorque  
pars, sed pro cōtemplatrice haberetur, hoc  
est perficiundorum à se , ex Artificij sui le-  
gibus , operum caussas omnes ac naturam  
speculata teneret: scitissimè nimirum, ut  
quæ

quæ ex Philosophiæ domicilio profecta  
multum scientiæ secum trahere semper so-  
lita sit, quam rerum fiendarum rationi ac-  
cōmodando Artem quandam primò pro-  
ducat speculatricem, Theoricen dictam; &  
quā veluti in rerum actum transiens, seque  
operibus factitandis immiscens, Artis de-  
mum exercendæ, tanquam habitum quen-  
dam induat: ita tamen ut Philosophica-  
rum, ideoq; scientiæ stabilitate nixarum  
rerum consors perseveret, ac propterea  
non immeritò Philosophi naturalis seu  
Physici nomine passim & ubivis locorum  
dicatur Medicus, utpote quorum doctri-  
næ seorsim subsistere, aut cum hominum  
utilitate tractari nequeant, tantâ adfini-  
tatis gaudentes mixtione.

Atq; ita hactenus etiam utrumq; studium  
& Philosophiæ & Medicinæ conjunxit, ac  
quā semel ingressus est viam, in cādē, Deo  
juvante, imposterum progredi decrevit vir  
quidam à vitâ, doctrinâ, & ingenij prom-  
ptitudine meritissimè laudandus, Artis-  
Pæoniae

Pæoniæ Candidatus, & propterea honestâ  
quadam φιλοληπτâ eruditionis suæ ac virtutis  
testimonium sibi à Facultate Medicâ de-  
cerni optat, nomen suum apud me legitimi-  
mè professus. More itaq; consueto & rece-  
pto publicè illud significandum duxi, ut si  
qui plures simul cū eo animi virtuosî, soler-  
tis & industrij ~~Bezæcior~~ expetunt, alijsq; ele-  
gantissimæ hujus æmulationis exemplar  
relinquere cogitant, me quoq; hisce die-  
bus accedere possint, totius Collegij no-  
strî studium benevolentiamq; sibi minimè  
defuturam reapse experturi. P. P. sub si-  
gillo officij nostri 22. Octobr. anni 1620.





Pæoniæ Candidatus, & propterea honestâ  
quadam φιλομήτρα eruditioñis suæ ac virtutis  
testimonium sibi à Facultate Medicâ de-  
cerni optat, nomen suum apud me legitimè  
professus. More itaq; consueto & rece-  
pto publicè illud significandum duxi, ut si  
qui plures simul cū eo animi virtuosi, soler-  
tis & industrij Begegnung expetunt, alijsq; ele-  
gantissimæ hujus æmulationis exemplar  
relinquere cogitant, me quoq; hisce die-  
bus accedere possint, totius Collegij no-  
stri studium benevolentiamq; sibi minimè  
defuturam reapse experturi. P. P. sub si-  
gillo officij nostri 22. Octobr. anni 1620.







hæc studia, naturâ etiam alio-  
minimè dissidentia, adeò ut v-  
apud antiquos repertus fuerit N-  
qui non sicuti philosopharetur  
& rationem rebus agendis sc-  
ret. Quod & hodienum, qu-  
pessendæ Medicinæ viam insi-  
facere oportet; ut ad Philo-  
tantisper excubent, donec  
intromissi per floridissimos e-  
tandem rectâ ad fructuosissim-  
ognitionem pergant.

Quod dum ajo, non certe  
& nostræ Artis studiosum, o-  
rum quæstionum, quæ velut  
Medicinæ ac Philosophiæ rep-  
argutissimè plerumq; tractan-  
merò tamen inanes valdè & nu-  
gnarum esse volo; sed quidc-  
discitur aut scitur, ad usum Me-  
tenus flectendum & adplicando.  
Quippe Ars nostra tum dem-  
beri debet, quoties se operi f-  
ingit, omnibus alioquin alijs

A. 3.

